Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



69

te tram. ℣ Ecce ego statuam pactum meum vobiscum &
cum semine vro post vos. Crescite & multi.
Noe cum inuenit gratam coram dno. Hi generatio
nes noe. Hoc vir iustus atq; perfectus fuit
in generationib; suis cum do ambulauit. &
genuit tres filios sem cham & iaferth. ℟ Locu
tus est dns ad abraham dicens egredere de tra & de co
gnatione tua & veni in tram quam monstrauero
tibi & faciam te crescere in gentem magnam. ℣ Benedicens
benedicam tibi & multiplicabo te l'tr faciam te.
Corrupta est terra coram dno & repleta
est iniquitate. Cumq; uidisset ds tram esse corrup
tam. omnis quippe caro corruperat viam suam
super tram dixit ad noe. finis universe car
nis venit coram me. ℟ Dum staret abraham ad ra
dices mambre vidit tres pueros descendentes puta
tres vidit & unum adorauit. ℣ Dixit dns ad abra
ham ecce sara vxor tua pariet tibi filium & vocabis
nomen eius ysaac. Tres vidit. ℟ Repleta est tra iniqui
tate a facie eorum & ego dispdam eos de tra. fac
tibi archam de lignis leuigatis. Mansiunculas
in archa facias. & bitumine linies extrin
secus & intrinsecus & sic faciet eam. ℟ Tem
tauit deus abraham & dixit ad eum tolle filium tuum
quem diligis ysaac & offeres illum ibi in holocaustum
super unum montium quem dixero tibi. ℣ Immola do sa
crificium laudis & redde altissimo vota tua. Super
Trecentorum cubitorum erit longitudo arche
quinquaginta cubitorum latitudo. & triginta
cubitorum altitudo eius. fenestram in archa faci